



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

XV. De lenonibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

earum vel nomine eorum in reorum & testium, vel aliis etiam extra carceres existentium nomine eorumdem carceratorum nuntium, epistolam, literas, vel (ut vulgo dicitur) ambascias ferre, absque eisdem iudicis & Procuratoris fiscalis licentia, ultra penas eis a iure vel statuto inflitas, poenam relegationis in perpetuum, vel ad tempus ad triremes, & si qualitas facti exegerit, & iudici debere precipimus & mandamus, sicque per quoscunque iudices quavis auctoritate sangentes puniri & condemnari, & non aliter, declaramus. Rom. 23. Jul. 1568.

TITVLVS XIV. DE MONETARVM TONSORIBVS. Pius Quintus.

Ultima supplicii pena afficiantur aurea & argentea monetae tonsores.

CAP. I.

Cum nil magis humanae vitae commercio sit necessarium, quam pecuniarum usus, quae hominibus cuncta humano victui necessaria praebent: decet Romanum Pontificem ad ea libenter, verum etiam in primario illarum statu ab omnibus illarum confectur. Quod, & si cunctis in locis, praecipue tamen in hac alma urbe nostra, quam gloriosi Apostolorum Principes martyrio suo consecraverunt, & ad quam veluti communem omnium matrem gentes unquamque concurrunt, singulisque aliis dominis, terris, & locis, nobis & sedi Apostolicae mediate vel immediate subjectis, curandum est, ut & ad illam venientibus vitiorum exempla non proponantur, & quibusvis peccandi materies succidatur. Attendentes itaque quod licet monetarum aurearum tonsoribus ultima supplicii de iure sit inflata poena, argenteas tamen monetas rondentibus satis minor poena imposita sit. Ac animo revolventes, quam par sit utriusque delictum, cum ii qui argenteas minuunt, nulla alia de causa ab aurearum mutilatione, nisi ob earum defectum, subsistant, ac propterea eodem juris rigore, in utroque saeviendum esse, & quum reputantes. Motu simili, & c. hac nostra perpetua valitura constitutione statuimus, eos qui argenteas tendent monetas, ultimi supplicii, & ea quae aut eorum tonsores hactenus puniti sunt, & de iure puniri debent, poena puniendos esse, & ita ab omnibus, quibus iudicis officium non tam in alma urbe nostra, quam alibi in toto statu Ecclesiastico commissum est, quovis nomine censeantur, & quavis auctoritate praesulgeant, injunctum est, puniri volumus & mandamus. Distinctis inhibentes singulis terrarum, locorum, & civitatum dominis temporalibus, ne iudices praefatos in praemissis hoc modo saevientes, sub excommunicationis, & c. impedire, molestare, vel inquietare audeant, vel praesumant.

TITVLVS XV. DE LENONIBVS. Paulus Quartus.

Lenonum fordidum & turpe lucrum ex prostitutione virginum corradendum poena.

CAP. I.

Lenones & lenae, circa prostitutionem masculorum versantes, & cum eis circa prostitutionem ipsam agentes, vel consentientes, necnon lenones & lenae, puellam, seu aliam juvenulam invitam assumentes, & ad necessitatem nutriendas, ac postmodum prostitutas, & lucrum ex eius prostitutione captantes, quotquot fuerint ultimo supplicio afficiantur. Hi vero qui corrupto comite superum puero suaserint, aut puellam virginem super violatione eius pudicitiae cooptaverint, seu ad hoc ei quicquam donaverint, vel praesentaverint, ut id affequerentur, dederint, aut donum ad hoc commodaverint, seu quicquid aliud ad effectum praesentium fecerint, seu quicquid aliud ad effectum praesentium fuerint, eo autem imperio relegendur, & qui in praesentibus comites corrupti fuerint, eisdem poenis subiacent. In ceteris vero casibus lenones & lenae huiusmodi, qui de cetero lenocinii artem exercuerint, sibi poenas per litteras publicae curae, ab hac urbe perpetuo exire cogantur, & qui domos suas eisdem lenonibus vel lenis de venientibus locaverint, vel si ignorantes id fecerint, & si postquam hoc eis notificatum fuerit illos cogentur, ut domum sic locatam eo ipso amittant, & ea realiter domum effectum priventur, & spolientur, & in super praesentibus scutorum auri ab eis auferendum, & in praesentibus vendendum ipso facto incurrant.

lam virginem super violatione eius pudicitiae cooptaverint, seu ad hoc ei quicquam donaverint, vel praesentaverint, ut id affequerentur, dederint, aut donum ad hoc commodaverint, seu quicquid aliud ad effectum praesentium fecerint, eo autem imperio relegendur, & qui in praesentibus comites corrupti fuerint, eisdem poenis subiacent. In ceteris vero casibus lenones & lenae huiusmodi, qui de cetero lenocinii artem exercuerint, sibi poenas per litteras publicae curae, ab hac urbe perpetuo exire cogantur, & qui domos suas eisdem lenonibus vel lenis de venientibus locaverint, vel si ignorantes id fecerint, & si postquam hoc eis notificatum fuerit illos cogentur, ut domum sic locatam eo ipso amittant, & ea realiter domum effectum priventur, & spolientur, & in super praesentibus scutorum auri ab eis auferendum, & in praesentibus vendendum ipso facto incurrant.

TITVLVS XVI. DE CONCVBINARIIS ET FORNICATORIBVS.

Leo X. In Concilio Lateranensi.

In publicis concubinariis amovendos ceterosque symoniacos provincialium ordinarii, ut omnino fornicationis poena in laici rite extrahatur, lege divina auctoritate confirmatur.

CAP. I.

Statuimus quod quicumque clericus copulans, conditionis status, religionis, dignitatis, cuiuslibet officialis, vel alterius preeminentiae fuerit, qui publicam praesentiam a notitiam, quam habere praesentibus post duos menses post earundem praesentium publicationem in Ecclesis cathedralibus factam, quum ipsi ad effectum omni modo facere teneantur, postquam praesentibus ad eorum notitiam pervenerint, publicis concubinariis ad perceptionem fructuum omnium beneficiorum, quorum trium mensium spatio sit ipso facto suspensus, eoque status superior in fabricam, vel aliam evidentem Ecclesiarum utilitatem, ex quibus si fructus percipiuntur, committatur, necnon huiusmodi publicum concubinarium, ne ipsam talem esse noverit, mox suis superior monere cogatur, ut infra brevissimum terminum concubinam dimittat, & si illam non dimiserit, vel dimissam seu aliam publicam retulerit, pubes ut ipsum omnibus suis beneficiis omnino prioret. Et nihilominus ii publici concubinariis usque quo cum eis per suos superiores post ipsarum concubinarum dimissionem, manifestantur, vnde eandem poenam fuerit dispensatum ad suspensionem quoque honorum, dignitatum, beneficiorum, officiorum, & c. inhabiles: qui si post dispensationem reddito voto ad huiusmodi publicum concubinarium redierint, sine ipsa alicuius dispensationis ad praedicta pro eis inhabiles existant: quodque si hi ad quos talium correctio pertinet, eos, ut praedictum est, punire neglexerint, eorum superiores tam in ipsos de neglectu, quam illos pro concubinariis modis omnibus digna poenitione animadvertant. In Concilio etiam provincialibus, & synodalibus auctoritatibus tales punire negligentes, vel de hoc criminem, vel etiam per suspensionem a collatione beneficiorum, vel alia condigna poena severiter procedatur: & si ipsorum defuturatio ad nos & sedem praedictam spectet, per nos, vel provincialia aut superiores propter concubinarium publicum

a Concilio Tridentinum idem iustis... b hanc ferre poena in concubinariis amovendos... mensi sub Eugenio II. cap. 2. in 3. Tom. Concil. pag. 204. & cetera in Concilio Oecumen. cap. est. forte. 2. Tom. Concil. pag. 214. in Epist. 11. 20. 4. Tom. Conciliorum.